



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Dvrando De Osca ejusque fratribus, qui pauperes catholici nuncupantur, in  
fide catholica permanentibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20020**

„ Iesum Christum esse futurum, & singulos  
 „ pro iis quæ in hac carne gesserunt receptu-  
 „ ros vel penas vel præmia firmiter credimus  
 „ & affirmamus. Eleemosynas, sacrificium,  
 „ ceteraque beneficia fidelibus posse prodes-  
 „ se defunctis credimus. Remanentes in secu-  
 „ lo & sua possidentes eleemosynas & cetera  
 „ ex rebus suis agentes, præcepta Domini  
 „ servantes salvari fatemur & credimus. De-  
 „ cimas, primitias & oblationes ex præcep-  
 „ to Domini credimus Clericis perfolven-  
 „ das. ] Quia verò non solum fides recta,  
 „ sed bona etiam operatio exigitur ad salu-  
 „ tem, quoniam sicut sine fide impossibile  
 „ est placere Deo, ita fides sine operibus  
 „ mortua est, propositum quoque conver-  
 „ sationis eorum præsentis pagina duximus  
 „ annotandum; cuius tenor est talis. AD  
 „ HONOREM Dei & ejus Ecclesiæ catho-  
 „ licæ, & ad salutem animarum nostrarum,  
 „ fidem catholicam per omnia & in omnibus  
 „ integram & inviolatam corde credere &  
 „ ore proposuimus confiteri sub magisterio  
 „ & regimine Romani Pontificis permanen-  
 „ do. Seculo abrenuntiavimus, & quæ ha-  
 „ bebamus, velut à Domino consultum est,  
 „ pauperibus erogavimus, & pauperes esse  
 „ decrevimus; ita quòd de crastino sollici-  
 „ ti esse non curamus, nec aurum nec ar-  
 „ gentum vel aliquid tale præter victum  
 „ & vestitum cotidianum à quoquam ac-  
 „ cepturi sumus. Consilia evangelica velut  
 „ præcepta servare proposuimus, orationi  
 „ juxta horas canonicas septies insistentes,  
 „ dicendo quindecies *Pater noster*, insuper  
 „ *Credo in Deum*, & *Miserere mei Deus*, &  
 „ orationes alias. Cum autem ex magna par-  
 „ te Clerici simus & penè omnes litterati,  
 „ lectioni, exhortationi, doctrinæ, & dispu-  
 „ tationi contra omnes errorum sectas de-  
 „ crevimus desudare. Disputationes tamen  
 „ à doctioribus fratribus in fide catho-  
 „ licæ comprobatis & instructis in lege Do-  
 „ mini dispensentur, ut adversarij catholi-  
 „ cæ & apostolicæ fidei confundantur. Per  
 „ honestiores autem & instructiores in lege  
 „ Domini & in sanctorum patrum sententiis  
 „ verbum Domini censuimus proponendum  
 „ \* in schola nostra fratribus & amicis, cum  
 „ prælatorum verò licentia & veneratione  
 „ debita, per idoneos & instructos in sacra  
 „ pagina fratres, qui potentes sint in sana  
 „ doctrina arguere gentem errantem & ad  
 „ fidem modis omnibus trahere & in gre-  
 „ mio sanctæ Romanæ Ecclesiæ revocare.  
 „ Virginitatem & castimoniam continuam  
 „ inviolabiliter conservando, duas quadra-  
 „ gelimas & jeunia secundum ecclesiasticam

\* In libro 13,  
 legitur: pro-  
 ponendum  
 fratribus &  
 amicis, cum  
 Prælatorum  
 conscientia &  
 assensu; ita  
 quòd ab eis  
 propter hoc  
 nec Ecclesiæ  
 rum frequen-  
 tatio nec Cle-

regulam instituta annis singulis facere pro-  
 poluimus. Religiosum & modestum habi-  
 tum ferre decrevimus, qualem consuevi-  
 mus deportare, calciamentis desuper aper-  
 tis ita speciali signo compositis & variatis  
 ut apertè & lucidè cognoscatur nos esse,  
 sicut corde, sic & corpore, à Lugdunen-  
 sibus & nunc & in perpetuum segregatos,  
 nisi reconcilientur catholicæ unitati. Ec-  
 clesiastica sacramenta suscipimus ab Epis-  
 copis & sacerdotibus in quorum diocesi-  
 bus vel parrochiis commorabimur, & eis  
 obedientiam & reverentiam debitam im-  
 pendemus. Si qui verò secularium in no-  
 stro voluerint consilio permanere, consu-  
 limus ut exceptis idoneis ad exhortandum  
 & contra hæreticos disputandum, ceteri in  
 domibus religiosè & ordinatè vivendo  
 permaneant, res suas in justitia & miseri-  
 cordia dispensando, manibus laborando,  
 decimas, primitias, & oblationes Ecclesiæ  
 debitas perfolvendo. ] Nos igitur habito  
 fratrum nostrorum consilio per apostoli-  
 ca vobis scripta mandamus quatenus re-  
 cepto à ceteris fratribus simili juramento,  
 reconciliatis eos ecclesiasticæ unitati, &  
 denuntiatis ipsos verè catholicos ac rectè  
 fideles, in præscriptis & aliis eos secun-  
 dum Deum ab omni scandalo & infamia  
 servantes immunes, & in litteris testimo-  
 nialibus & aliis adminiculis ipsos propter  
 Deum misericorditer adjuvetis. Datum  
 Laterani xv. Kal. Januarij, pontificatus  
 nostri anno undecimo.

DVRANDO DE OSCA  
 ejusque fratribus, qui pauperes catholici  
 nancupantur, in fide catholica permanen-  
 tibus.

NE quis de cetero conversationis ve-  
 stræ propositum calumniatur injus-  
 tè, maxime circa illos qui secundum  
 formam quam in aliis litteris nostris ex-  
 pressimus reconciliati fuerint ecclesiasti-  
 cæ unitati, nos illud auctoritatis nostræ  
 munimine approbando, præsentis pagina  
 duximus annotandum. Quod quidem est  
 tale. AD HONOREM Dei & ejus Ec-  
 clesiæ catholicæ & ad salutem animarum  
 nostrarum &c. ut in alia usque perfolven-  
 do. Datum Laterani &c. ut in alia.

DVRANDO DE OSCA ET  
 ejus fratribus in fide catholica  
 permanentibus.

Postulasti à nobis ut iis qui rema-  
 nentes in seculo ad honorem Dei &  
 salutem animarum suarum in vestro pro-  
 ponunt

die octavo  
 dicitur pol-  
 ponant.

Ep.  
 De  
 an  
 sit  
 scri  
 Pater  
 noster  
 Ep.  
 De  
 tunc  
 scri  
 Pater  
 noster  
 Ep.  
 De  
 tunc  
 scri  
 Pater  
 noster  
 Ep.  
 De  
 tunc  
 scri  
 Pater  
 noster

Epist. 137  
 Super ceteris

Epist. 138  
 Ne concurre  
 ad bellum pro  
 eodere contra  
 Christianos